



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Jtem Epistola Gregorij secunda ad Carolum missa similiter pro defensione
sanctæ Ecclesiæ. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

nos cum Propheta mereamur dicere. Exaudiat te Do-
minus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Ha-
Psal. 19. *rum autem litterarum portitor, * Anchard vester fi-*
* B. Ant. *bardus, & delis, quod oculis suis vidit, & nos ei iniunximus, om-*
in marg. *nia tuæ benignæ excellentiæ viua voce enarrabit.* Anchardus *Et*
petimus bonitatem tuam coram Deo teste & iudice,
ut nimis festinanter nostros lenias dolores, & lætabun-
da nobis celeriter mittes nuncia, ut læti effecti animo,
die noctuq; pro te tuisq; fidelibus, coram sacris san-
ctorum Principum Apostolorum Petri & Pauli Con-
fessionibus domino fundamus preces.

*Item Epistola Gregorij secunda ad Carolum
missa similiter pro defensione san-
cta Ecclesie.*

II.

*Exstat Cet.
8. Magdeb.
cap. 10.*

DO M N O excellentissimo filio Carolo Subre-
gulo Gregorius Papa. Ob nimium dolorem,
cordis & lacrymas, iterata vice tuæ excellen-
tiæ necessarium duximus scribendum, confidentes te
esse amatorem filium beati Petri principis Apostolo-
rum, & nostrum; & quæd pro eius reverentia; nostris
obedias mandatis, ad defendendam Ecclesiam Dei, &
peculiarem populum, qui iam persecutionem & op-
pressionem gentis Langobardorum sufferre non pos-
sumus. Omnia enim luminaria ad ipsius principis
Apostolorum, & quæ à vestris parentibus, & à vobis
* oblatas. * offerta sunt, ipsi abstulerunt, & quoniam ad te, post
dominum, confugium fecimus, propterea nos ipsi
Langobardi in opprobrium habent, & opprimunt.

Vnde

Vnde & Ecclesia sancti Petri denudata est, & in nimiam desolationem redacta; tamen omnes nostros do-
lores subtilius in ore posuimus præsenti portatori, tuo
fideli,* quæ in auribus tuæ Excellentia suggerere de- * Centur.
beat. Tu autem, fili, habeas cum ipso principe Apo- quos.
stolorum, hic & in futura vita, coram omnipotenti
Deo nostro; sicut pro eius Ecclesia, & nostra defen-
sione disposueris & decertaueris, sub omni velocita-
te, ut cognoscant omnes gentes tuam fidem & purita-
tem, atq; amorem, quæ habes erga principem Aposto-
lorum, B. Petrum & nos, eiusq; peculiarem populum
zelando & defendendo; ex hoc enim tibi poteris im-
mortalem & æternam acquirere vitam..

Item Epistola tertia, quam transmisit Ste- Stephanus
phanus Papa ad Domnum regem Pippinum & Carolum vel ^{III. Elec. Anno Chrs.}
Carolomannum seu omni Generalitati Francorum. In nomi- ^{Anno 752.}
ne sancti Petri comprehensa, postquam per semetipsum ^{Mortuus}
iam dictus Papa in Francia fuit & secunda vice ^{757.}
woluit adiutorium obtainere contra
Langobardos.

III.

PE TRVS vocatus Apostolus à Iesu Christo Dei
 viui filio, qui ante omnia sæcula cum patre, ^{Exstat a.}
 regnans in unitate Spiritus sancti, in ultimis ^{pud. Bar.}
 temporibus pro nostra omnium salute incarnatus & ^{755. &}
 homo factus, nos suo redemit precioso sanguine per ^{Cent. 8.}
 voluntatem paternæ gloriæ, quemadmodum per san-
 ctos suos destinauit Prophetas in scripturis sanctis, &
 per me, omnis Dei Catholica & Apostolica Romana
 Ecclesia, caput omnium Ecclesiarum Dei, ipsius re-
 D dem-